iniungere : ac vota quæ ipſi Ordinarij commutare poſſunt, commutare, liberè & licitè, valeant perpetuô conceſsit, & indulſit. Hoc indultū originale aſſeruatur in Archiuo Sācti Franciſci de Mexico. ¶ Circa hāc conceſſionem aduertit pater Magiſter à Veracruce, quod hæc largius conceſſa ſunt per Summos Pontifices, vt cōſtat in pręcedētibus, vbi hęc auctoritas conceditur non ſolum tribus, aut quatuor, ſed omnibus, quibus fuerit viſum Prælatis communicare, qui non ſolum poſſunt abſoluere in illis, in quibus Epiſcopus, ſed etiam in omnibus caſibus Papalibus, etiā Cęnæ Domini. ¶ Frater Emanuel. Tom. 1. qq. Regul. q. 41. art. 5. aduertit, ꝙ quando Capitula Prouincialia hoc faciunt, Prouincialis dictis Confeſſoribus ſic nominatis ōnimodam auctoritatem concedat Adriani. 6. & auctoritatē Clementis. 7. & aliorā etiā Summorū Pontificū, q conceſſerunt indulta Apoſtolica ꝑ his & ſimilibus partibus. Et ſic nominati Cōfeſſores maiorē habebūt poteſtatē illa, quam concedit Cardinalis ſupradictus.

33 ¶ Non eſt dubiū [ſecundū conceſsionē Clementis. 4. de qua ſupra, verbo Abſoluere, & Abſolutio. §. 1.] Pręlatos Generales, Prouin